Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Gilbert Stuarts Abriß des gesellschaftlichen Zustandes in Europa, in seinem Fortgange von Rohigkeit zu Verfeinerung

Stuart, Gilbert

Leipzig, 1779

Dritter Artikel. Erlaß einer jährlichen Leibgeding-Rente.

urn:nbn:de:gbv:45:1-355

Visual Library

lis annis, ad feſtum S. Michaelis, tres ſol. et VI. denar. dictis *Rogero* et Edithae uxori ſuae, quamdiu ipſa vixerit. Si vero, quod abſit praedicti Prior et Conventus dictum redditum, ſcilicet III. ſol. et denar. praeno tato termino non ſolverint praedictis *R.* et *E.* uxori ſuae, licebit tenementum ſuum diſtringere, donec fuerit eis ſatisfactum. Tenentur etiam acquietare dictum *Rogerum* et *E.* uxorem ſuam, de omnibus ſectis tam comitatus quam Hundredi et omnium aliarum Curiarum, et de omnibus taillagiis tam Regalibus quam aliis, dicto tenemento ſpectantibus. Hanc Convencionem fideliter et ſine dolo tenendam, ex utraque parte attidaverunt. Et ad majorem ſecuritatem faciendam, alterno ſcripto ſigilla ſua appoſuerunt. Hiis teſtibus *Ric. de Burle*, *Johanne Baldervin*, *Johanne de Brummore*, *Rocelino de Burle*, *Hugone de Lopolot Philippo le Champium*, et multis aliis. *Ap. Madox*, *Formulare Anglicanum*, p. 84.

Dritter Artikel.

Erlaß einer jährlichen Leibgeding-Rente.

Omnibus Chriſti fidelibus ad quos praeſens ſcriptum pervenerit. *Nicholaa* quae fui uxor *Wilhelmi de Nattord* in *Bereford* ſalutem in Domino. Noveritis me in pura et legitima viduaetate mea, relaxaſſe et omnino pro me et haeredibus meis vel aſſignatis quietum clamaſſe Domino *Fulconi de Lucy* Militi, et haeredibus ſuis vel aſſignatis, totum Jus et clameum quod habui, vel aliquo modo habere potui, in tribus ſolidatis redditus quos ab eodem Domino *Fulcone* recipere ſolebam nomine Dotis meae per annum, ad feſtum ſancti *Michaelis*, de tenemento quod *Johannes de Merehull* tenuit in *Berford;* Ita quod nec ego nec haeredes mei vel aſſignati, nec aliquis nomine meo, aliquid juris vel clamii a praefato Domino *Ful-*

cone